# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77


### Schera, Heinrich Otter de



### [Italien, Konstanz], [1439-1442]


a) Vom vierfachen Schriftsinn; b) "Crux Christi conficiebatur ex 4 lignis ..."


urn:nbn:de:bsz:31-51901



Visual Library

fidelium Ita ierarchia in terra servatur et merito per
ierarchia intelligitur sacra scriptura per cavernam in-
tellige memoriam fieri mente hominis que gemitum
observat per pluviam intellige victum caritatem ho-
minis que non est puro cordis etc.
Quatuor sunt rationes scripture vel quatuor modis
exponitur scilicet hystoria que res gestas loquitur ut
sunt geste allegoria in qua aliud ex alio intelligitur
Tropologia id est moralis locutio in qua de moribus or-
dinandis tractatur Anagogia id est spiritualis vita intel-
ligitur per quam per inferiora ad superna ducimur et
his quatuor modis quasi in quibusdam rotis tota divina
pagina volvitur verbi gratia hierusalem secundum hysto-
riam est civitas allegorice ecclesiam signat Secundum tro-
pologiam signat animam cuiuslibet fidelis que ad eterna
anhelat Secundum vero anagogiam signat celestem
vitam Unde versus Gesta dat hystoria quid credas
allegoria Moralis quid agas quo tendas anagogia.
Crux Christi construebatur ex quatuor lignis unde versus
Crux Christi palma cedrus cypressus oliva Cedrus
erat pes crucis · cypressus longitudo · palma lati-
tudo · oliva cooptorium in qua scribitur ihesus naza-
renus rex iudeorum Cedrus est arbor alta et natura
eius est quod non putrescit in terra nec in aqua et ideo
fecerunt pedem crucis ex cedro Estimantes cum nunquam
deponendum sed semper affixum Cypressus est odorifera
calidam scilicet natura colore scilicet rubeo et quia odori-
fera est ideo fecerunt longam crucem ex cypresso quod non
sentirent putredinem crucifixi circumstantes Palma
est signum victorie sicut legitur in veteri testamento
quod si quis cepit victoriam de hostibus laureari debe-
bat cum palma Et ipsi putabant Christum se superasse ideo
ponebant palmam scilicet crucis latitudine Oliva est signum
pacis Genesis et columba reversa est in archa cum
recedebant quod pax esset inter deum et homines Ita puta-
bant quod pax esset firmata in terra quia ipsi cru-
cifixerunt Christum Et ideo fecerunt cooptorium ex oliva
ad signum pacis Unde versus In cruce pes cedrus stipes
est cypressus oliva fuit tituli tabula brachia pal-
ma dedit etc.
Dominus misit Ysaiam prophetam ad david ut tres supplicij